ꝑ mūdo quia ad te uado ałe uia. Inf. Ałe uia
ps. Dn̄e dn̄s nr̄. In dn̄o ↄfido. Celi enarrant.
Ałe uia Dn̄e in uirtute. Dn̄i est ter. Exaltabo
te dn̄e. V. Exaltare dn̄e ĩ uir. t. Respō.
t passionē suam ꝑ dies quadraginta apparēs

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93143-p0001-8

ΣΥΓΧΑΡΜΑΤΑ

IN

SOLENNITATIBUS NUPTIARUM

PRÆSTANTISS: ET LITERATISS: VIRI

DOMINI

ANDREÆ

Starck/ NOTARII AUTORITATE

CÆSAREA PUBLICI, SPONSI;

ET

HONESTISS: PUDICISSIMÆq; VIRGINIS

REBECCÆ,

PII ET INTEGERRIMI VIRI,

SEBASTIANI ILSUNGI,

CIVIS QVONDAM MULHUSINI p.m.

FILIÆ, SPONSÆ;

FELICITER MULHUSII ANNO ∞ IↃC XXVII.

III. Non. Decemb. Celebratarum,

Scripta à

Conſobrino, Patruele, Amicis, &c.

MULHUSII,

Typis excuſum per JOHAN: STANGIUM.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93143-p0002-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93143-p0003-9

I.

URBE THEODOSIA, celebris Domus-ER-
(NESTINA
communem PROAVUM Mîq; Tibiq; dedit,
ANDREA. Geminæ ſunt natæ hoc Patre ſorores:
ANNA ſatu prior eſt; URSULA poſterior.
Atq; hanc FABRICIUS; ſed duxit STARCKIUS illam:
Tuq; nepos ſuperas illius; hujus Ego.
Radix una mihi tecum, quâ vivimus ambo;
& tecum vivit STARCKIA tota domus:
Inſtar quæ RAMI FORTIS, per frondea pandit
agmina, multiplici poſteritate, decus.
Alter FABRICIO ſuccreſcens ſtipite ramus
debilior, non ſic fertilis urget opus.
Vix eſt qui ſervet longævâ in fronde vigorem,
atq; amplâ ſeriem poſteritate beet.
Me, fateor, ſenis ditârat frondibus unum
JOVA, aſt vix unus ſurculus inde mihi eſt.
Quid tum? nec ſterilem prorſus Proſapia frondem
amiſit; CHRISTI gens ea tota fuit:
tota ferax fructûs Chriſtjani. Unde ipſius ordo
vix minor æthereis ſedibus eſſe poteſt.
Tu verò, ANDREA, veſtratis in arbore rami
laudem & fœcundo ſemine robur habe:

DANTE DEO. renuente DEO, quid patrius ardor?
quid matris poſſit fructificare ſinus?
Inſere Te in Nuptam, teq; exſere traduce rumpo
longiùs, ut gentis multiplicetur honos.
Intereà ſemper (noſtrorum ea vota Parentum)
STARCKIA FABRICIÆ SIT BENE JUNCTA
(DOMUS!

VOTUM

M. ANDREÆ FABRICII, AVI MEI,

Ex Autographo ipſius, quod
mecum eſt.

F*Raterno ſumus amplexæ nos ſemper amore*
Starckia *conjunctæ &* Fabriciana *domus:*
Sic quoq; ſincero jungantur amore Nepotes,
&, Patres Chriſtum *quem coluere, colant!*

M. Georg. Andreas Fabricius,
Poëta Laur. Cæſ. Gym-
naſiarcha.

II.

ALLUSIO

Ad novellorum Sponſorum nomina.

R Obur *ubi eſt ingens, ſit ibi* Pinguedo *neceſſe eſt,*
hâc *etenim* robur *ritè carere nequit.*

Nullius

Nullius eſt pretij robur pinguedinis *expers,*
hac ita ſunt firmô glutine juncta duo!
Id, nove Sponſe, doces ANDREAS *nomine* FORTIS
dicte, tua & planum Sponſa REBECCA *facit.*
FORTIS *es. Ergò cupis dulcem* pinguedinis *uſum,*
quem tibi multiplicem caſta REBCCA *ferat.*
Caſta REBECCA *ferat Thalami tibi fœdere juncta,*
cui pinguedo *ſuum nomen opima dedit.*
FORTIOR *evadas igitur veniente* REBECCA,
pinguior *atq; ; ſient* pinguia *quæq; tibi;*
Fortior *& tua ſit, patruelis chare,* REBECCA
*ter-*forti robur *ſuppeditante* DEO.
Fortia *ſint veſtri nec non benè* pinguia *amoris*
vincula, quæ vel mors rumpere vix valeat.
Rebus in adverſis fortes *ſint atq; ſecundis*
veſtri animi, fortis *ſit quoq; veſtra fides.*
Pinguia *ſic venient à dulci munera* JESU
vobis atq; feret pignora chara torus.
Quid multis opus eſt? pinguedine, robore *creſcet*
Veſtra domus, mea ſint det rata vota DEUS!

Ita gratulationis ergò ad novellorum
Sponſorum nomina alludebam

M. Ludovicus Starck/ Sponſi patruelis & p. t. Conrector.

 Gratia

III.

GRatia ſit Domino, Domini ſed gratia tecum:
Huc velut uſq; fuit, ſit maneatq; diu.
Sit maneatq; ; imo ætatem, dulciſſime, tecum:
Servet & integrum corporis atq; animi.
Sit tibi ſit; Nymphæ rectè ac benè; ſit benè cũctis:
Queis pia pro thalamo cura litâſſe tuo.

Congratulationis ergò piè & benè intentionaliter poſuit

M. Joannes Fiedlerus,
Mülhuſinus.

IV.

NUnc tibi Sponſa venit, STARCKI, formoſa REBECCA
fortis &, ad valvas iſta probata tuas.
Sit ſidus fauſtum, ſimul ac completa voluntas
unamini voto corcula bina liget.
Omnes gratantur, cur non gratabor & ipſe?
Fortunet DEUS hac, qua benè capta, vale.

Animitus approperat

Emanuel Heige,
LL. St.

Con-

V.

CONjugium tunc eſt felix; optabile: quando
Forma, genus, virtus ſunt in amore decus.
Tale tuum cum ſit, Sponſe ô clariſſime, verè
Tu dici felix cur merearis, habes.
Ergò nunc ſummi celebres benefacta parentis,
A quo Sponſa tibi, non aliunde, datur.
Ecce REBECCA datur præclaro ſanguine creta,
Quam pietas, Charites, ornat & ipſa Venus.
Gratulor iccirco, STARCKI tibi Sponſe REBEC-
Exoptans tædis proſpera quæq; novis: (CAM
Scilicet ut vivas, vivat tibi bella REBECCA,
Seclaq; Cumææ tranſiliatis Anûs.
Aſt DEUS ut princeps caſti, ſic fautor Amoris
Conjugio faveat cordaq; veſtra liget.
Multiplici fructu turget ceu fertilis hortus,
Sic veſter vernet, prole virente, thorus.
Pax regat alma domum, procul & procul abſit
(Erinnys;
Aſt ſit ſors ſtabilis, vita quieta, ſalus!

Affinitatis ergo apponebat

Hanß George Schneider.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93143-p0010-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93143-p0011-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93143-p0012-9
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93143-p0013-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93143-p0014-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93143-p0015-6

Ub 2043 m

ULB Halle 3
000 681 644

TA-XOL
S6

V077

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93143-p0016-2

o ꝛum ae via. Et conueſcens p̄cepit eis

s ne diſcederēt ſed expectarēt ꝓmiſſi one pa

mus pulchritudo domini exaltata eſt ſu p ſy

tus in nubibus celi Et nomē eius ine

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-93143-p0017-7

ΣΥΓΧΑΡ

IN

SOLENNITATIBU

PRÆSTANTISS: ET L

DOMI

ANDR

Starck/ NOTARII

CÆSAREA PUBL

ET

HONESTISS: PUDICI

REBEC

PII ET INTEGE

SEBASTIANI

CIVIS QVONDAM

FILIÆ, SP

FELICITER MULHUSII AN

III. Non. Decemb.

Scripta

Conſobrino, Patrue

MULHU

Typis excuſum per JOH